



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Quale futurum sit imperium Antichristi, & quæ eius imperij sedes. Sectio
X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

760 Beatus Ephrem tract. de consummatione seculi, & Antichristo. Assumpta, inquit, potestate impudentissimus ille Dämones ablegabit ad uniuersos fines terra, qui cunctis predicem magnum iam regem cum gloria apparuisse, omninesque ad occurrendum ei, videnturque ipsius decorum inuenient.

Quale futurum sit imperium Antichristi, & quæ eius imperij sedes.

S E C T I O X.

I. Imperium Romanum Antichristi tempore diuolum fore in decem reges prædixit Dan. c. 7. Ecce, inquit, bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortissimis: de eius ferreos habebat magnos, comedens, acque communiens: & reliqua pedibus suis conculcans: disibilis autem erat ceteris bestiis, quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Hanc bestiam communis expolio Romanum interpretatur imperium cum D. Hier. Theodoro, & alijs: cornua autem decem, decem reges, in quos erit imperium distributum. Igitur Antichristus Romanum imperium occupabit, tribus regibus ex illis decem, profligatis, & accisis, reliquis septem sub suam potestatem, ditio-neisque subiectis, id quod eodem cap. Danielita prensificat. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis eis sunt asperie eius. Et paulò post scipsum interpretans, subiungit, Bestia quare, regnique quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit uniuersam terram, & conculcabit, & conminuet eam. Porro et cornua decem ipsius regni, decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Quod vero Daniel per hunc regem potentiores prioribus Antichristum intelligat, ex sequentibus manifeste colligitur, sermones, inquit, contra excelsa loquuntur, & sanctos altissimi cōteret, & putabat quod posset mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius usque ad sepm, & tēpā, & dimidium tēporis. Vnde meritò D. Hier. in commentariis loci ita concludit.

Dicamus ergo quod amnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt, in consummatione mundi, quan-

imprium ad regnum destruendū est Romanū, decem futuros reges, qui orbē Romanū interficiuntur: nunc

unde decimū regē parvulum surrectum, qui tres reges de illis decem, superatum sit, id est, Egypti,

Africa, & Ethiopia reges, quibus interficiuntur, septem alijs reges victori colla submittentur. Hęc ille.

D. Hieron. imperium, inter se, diu-

lent. Ad hæc tres reges ab Antichristo occidentos, quos D. Hier. ait futuros re-

ges Egypti, Africa, & Ethiopia, Laetantius lib. 7. Digniarum institut. c. 16. existi-

mat futuros reges Asia, quia tunc Asiam obtinebitur. Itaque ex decem regibus, qui

Romanum imperium administrabunt, tres collatis signis superabit, & occidet

Antichristus, reliquos septem sibi vitro parentes viuos relinquet, sibi que subiecti.

Atque hoc est quod Ioannes hoc ipso cap. docuit, cum dixit ostensem sibi fuisse

Draconom habente capitum septem, & cornua decem, & in capitibus septem diadema-

demata. Primum enim decem erunt cornua, id est, decem reges, sed postea tribus

interfectis, septem remanebunt capita, cum septem diadematis, id est, septem

reges regalibus coronis decorati, Antichristusq; subiecti. Idemque est, quod ini-

tio huius cap. 13. reperitur: Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem caput septem, &

cornua decem, & super cornua eius, decem diademata. Nihil enim aliud significatur, quam

initio quidem decem futura esse cornua, decemque diademata, id est, decem re-

ges, postea tamen tribus ab Antichristo interfectis, relinquenda tantum esse septem

diademata, & septem capita, hoc est, septem reges. Et c. 17. merito pur-

purata sedet super bestiam habentem capita septem, & cornua decem.

II. De aliis præliis Antichristi loquitur Dan. c. 11. In tempore, ipso quod praefinito predia-

Dan. c. 10. lizur aduersus illum rex. Iustis, & quasi tempesatis variis contra illum rex. Aquilonis in

curribus

curribus, & in equitibus, & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret, & pertransiet: & introibit in terram gloriosam, & multi corruent, haec autem sola salva buntur de manu eius Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon: & mittet manum suam in terras, & terra Egypti non effugiet, & dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Egypti: per Libyam quoque & Ethiopiam transibit, & fama turbabit eum ab oriente, & ab Aquilone, & veniet in multitudine magna, ut conterat, & interficiat plurimos. Quem locum D. Hieronymus totum de Antichristo interpretatur. Quod autem Edom & Moab, & Ammon euasura dicantur ex Antichristi manibus, illud significat, auctore Hieronymo, Idumam, Moabitas, & filios Ammon, id est, Arabyam, relinquendam esse intactam, quia illuc Sancti ad deserta confugient. Deindeque de prælio Gog, & Magog, de quo agitur Gen. 38. & Apoc. 20. illud interim satis sit annotatio per Gog, accipiendum esse Antichristum, per Magog, aut Antichristi exercitum ex barbaris, ferociissimisque gentibus collectum. Itaque prælrium Gog, & Magog, esse prælrium Antichristi, exercitusque eius aduerius Ecclesiam, ut ad c. 20. fuisse docemus.

Ex dictis plane colligitur Antichristum futurum omnium, qui vñquam fuerunt, erunt regum, imperatorumque potentissimum: Siquidem vniuersum orbem sibi subiicit, nec patietur aliquem usquam genitum nisi suo nomine regnare. Id quod Daniel c. 7. significavit illis verbis. Ipsi posterior erit prioribus. Et D. Hier. in c. 11. Dan. affirmat Antichristum toto orbe regnaturum. De cuius etiam monarchia loquens Lactentius lib. 7. Diuinorum institut. c. 16. sic ait. Multiplicabitur extremis mundi temporibus imperium, & summa rerum potestas per plurimos dissipata, & consumata minetur: Tunc discordia in perpetuum seruentur, nec villa requies bellis exitiabit, ibus erit, donec reges decem pariter existant, qui orbem terre, non ad regendum, sed ad consumendum partitionebus: tunc repente aduersus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plaga septentrionalis orietur, qui tribus ex eo numero delictus, qui tunc Asiam obtinebunt, assumetur in societatem Dan. 11. 43. a ceteris, ac princeps omnium constituetur. Fore etiam Antichristum opulentissimum imperatorem docet Daniel eodem c. 11. illis verbis. Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Egypti.

Quod vero spectat ad imperium edem, & regni metropolim, Babylone primum creditur regnaturus, ut plerique colligunt ex Zachariæ cap. 5. cum dicitur. Lenau. amforam inter caelum & terram. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: quo primum regnum deferunt amforam: & dixit ad me, ut adficeretur ei domus in terra Sennaar, & stabilis sur, & ponatur ibi super basem suam. Quo loco pro terra Sennaar, Septuaginta trastulerunt, in terra Babylonis. Est enim Sennaar auctore D. Hieronymo, campus Chaldaeorum, in quo Babylon est aedificata, significaturque ea visione supplicium Iudeorum usque ad tempora Antichristi duraturum, quo tempore aedificabitur eis domus Babylone, eo quod ibi incipiet Antichristus regnare, & à Iudeis ut vrbs Hierosolyma recipiatur. Quanquam verò initia eius imperij Babylone erunt, tamen sol metropolis præcipue Hierosolymis imperabit, eritque ea vrbs sedes regni. Id, quod confitetur ex illis verbis Apostoli 2. ad Thessal. 2. Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Esse autem per templum coloco accipiendum templum Hierosolymitanum, quod ipse instaurabit, iam siue multis partum testimonio confirmavimus. Cum igitur sedere debeat in templo Hierosolymano videtur eam urbem futuram sedem imperij. Accedit quod Apoc. 11. docet Ioannes, Enoch, & Heilā Hierosolymis ab Antichristo occidentos, ut in commentariis eius capituli diximus: quod argumento est ibi imperij metropolim, ac sedem ab Antichristo cingendam.

D. Hieron.
Quo pacto
Arabia euasura sit ex
Antichristi
mambu.
Gen. 38.
Apoc. 20.

Antichristus
erit omnium
imperatorum
potentissimus
Dan. 7. 24.

D. Hiero.
Lactantius.
Dan. 11. 43.
Apoc. 11.

Zachari. 5. 9.
Babylone
primum re-
gnum Anti-
christi.
Sep. 14.
D. Hieron.

2. Thess. 2.

Apoc. 11.